



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Vnde dicatur sacerdos, origo sacerdotij, & officium sacerdotis cap. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De nomine et officio Sacerdotis

aggrediamur, non nulla psonam et officium sacerdotis cōcernen-
tia videntur, que non modicum decoris et ornamenti huic
operi, nec minus vtilitatis ea diligenter obseruandis asserent.

Præambula que dam sequentis operis.

**Unde dicitur sacerdos, vnde ortum habuit Sacerdotium,
et quod sit officium Sacerdotis. Cap. 1.**



I quia (vt præhabidum est) liber iste Sacerdotalis, si-
ue Sacerdotale appellatur: prius videndum est de
ipsius sacerdotij nomine, dignitate, origine, et officio.
Sacerdos dicitur quasi sacra dans, vel sacer dux, vel a
sacrificando. 2. dist. cap. Cleros. **E**t dicitur sacra dans, quia
ecclesie sacra ministrat, et maxime sacramentū penitentie: quo
Dñs propitiatur peccatis populorum. **Leui. 5.** Rogabit pro eo
sacerdos, et pro peccato eius, et dimittetur ei. **Et Osee 4.** Sacerdo-
tes peccata populi comedent, id est suis orationibus delebunt. 1.
q. 1. cap. Ipsi sacerdotes. **E**t ideo **bi Lucę 7.** Ostendite vos sacer-
dotibus, vt. s. vos emundet a peccatis. **D**icitur etiam sa-
cer dux: quia habet docere, iudicare, et docere populum suum.
Deutero. 21. Ad verbum sacerdotum omne negotium pendet.
Ioseph 4. Sacerdotes pergebant ante populum. **4. Regum 17.**
Sacerdos docebat quomodo colerent Deum. **D**icitur etiā
a sacrificando, quia eorum officium est offerre sacrificium et ho-
stias pro populis. **Leui. 21.** Sacerdotes incensum et panes offe-
runt Deo. **S**acerdos etiam Regibus comparatur. 2. q. 7.
Item. **Cum Balaam.** Deus enim elegit Episcopos et presby-
teros, vt duplici honore honorarentur. 1. **Timoth. 5.** Qui bene pre-
sunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. **E**t non solum
comparantur Regibus, sed etiam illis preminent. 2. dist. cap.
Duo sunt. **O**rginem autem habuerunt Sacerdotes in le-
ge nature in Abel. **Gen. 4.** et in Melchisedech, qui erat sacer-
dos Dei altissimi offerens panem et vinum. **Gen. 14.** de consec.
dist. 2. c. In calice. et ca. **Accipite.** **E**t in lege scripta in Aaron, qui
institutus est sacerdos a Deo cum omni sua posteritate. **Exo.**
28. **E**t primi **Paralip. 24.** Dauid elegit viginti quatuor sacerdo-
tes per vices totidem, quibus omnibus prefecit vnum summum
sacerdotem. **I**n lege autem euangelica elegit Christus. 1. 2. apo-
stolos in maiores, et 72. in minores sacerdotes sub vno prin-

De no-
mine Sa-
cerdo-
tij.

Aliorū
peccata
deslere.
ac p il-
lis peni-
tētia sa-
cere p-
priū est
Sacer-
dotis pa-
bulum.

De Sa-
cedotū
origi-
ne.

De nomine & officio sacerdotis

De offi-
cio. cipe. s. beato Petro apostolo & successoribus eius, vt prehabitu
est. **C** Officium autem sacerdotum iuxta sue ordinationis ca-
nonem est offerre, benedicere. c. Perlectis. 23. distin. preesse, pre-
dicare, baptizare. cap. Ecce. 95. distin. ligare, & absoluer. 30. 20.
Quorum remisistis peccata, &c. Et ante omnia laudabiliter
vivere. Exod. 1. **E**ruunt sacerdotes mihi religione perpetua: &
plebibus suis exempla bonorum operum prebere. Deute. 24.
Accipies exemplar a sacerdotibus. s. bene viuendi ne forte eis
euangelicum illud obijciatur: **A**ddice cura teipsum. Luc. 4. &
ne iuxta dictum Apostoli. 1. Cor. 9. Cum alijs bene predicauer-
int, ipsi reprobi efficiantur. Unde audiant beatum August. sa-
cerdotibus dicentem. Vos presbyteri nosse debetis & sepe me-
minisse: qz nos, quibus regendarum aiarum cura commissa est,
pro his, qui nostra negligentia pereunt, rationem reddituri su-
mus. Pro his vero, quos verbis & exemplis lucrati fuimus,
pretium eterne vite percipiemus. Nobis enim a dno dictum
est. **M**att. 5. Vos estis sal terre. Quod si populus fidelis cibus
est dei: eiusdem cibi condimentum nos sumus. Scitote vestrum
gradum nro gradui scdm, & pene coniunctum esse. Sicut enim
Epi Apolorum in ecclesia, ita nimirum presbyteri ceterorum di-
scipulorum dñi vicem tenent. Et illi tenent gradum summi pa-
storis Aaron, isti vero filiorum eius. Unde oportet vos semper
memores esse tante dignitatis, memores vestre consecrationis,
vt nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecra-
tionem irritam faciatis, nec manus sacro vnguento delibutas
peccando polluatis: sed cordis & corporis munditiam conser-
uantes plebibus exemplum bene viuendi prebentes, his qui-
bus preestis, ducatum ad celestia regna prebeatis.

**Quam necessaria sint sacerdotibus vite probitas,
ac doctrine integritas. Cap. 2.**

Quia etiam bona vita sola non sufficit ad sacerdotem sine
peritia literarum: quonia imperitus & indoctus non pot
officium sacerdotis recte complere, vt habetur in epistola Be-
lasij Papę, ca. 17. Illiteratos nullus presumat ad clerum pro-
uehere: quia literis carens, sacris esse non potest aptus officij:
ideo bona vita & sana doctrina necessarie sut Sacerdoti: iuxta
dictum Anacleti Papę, vbi supra. capitu, 10. scribentis. Doceri
omnes